Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster

propter suam inaccessibilitatem habet paucos divicias
aut et maxime auri multas quia inutiles Pentaym
Navigatur ergo istam insulam altay vc miliaria
eundo semper per meridiem venitur ad insulam nomine
Pentaym que multum nemorosa est et inhumana. Sunt
ibi multa nemora arborum aromaticarum et omnium specierum.
In medio autem harum insularum scilicet altay et pontaym per
lx miliaria oportet nautas inde transeuntes levare ar-
temones navium quia aqua est pauca ibi et parum
profunda scilicet iiii^or passuum. Transitis illis lx miliaribus
invenitur insula cuius civitas est caput regni et ipsum
vocatur Pentaym. Gentes eius et omnium harum insularum
sunt ydolatre. Hec autem insula habet per se ydeoma et re-
gem. Gignit autem omnes species in maxima habundancia.
Navigatur autem ex pentaym c miliaria invenitur
maxima insula nomine Jonamayn gyrat autem m
m miliaribus. Dividitur autem in viii regna quorum quodlibet
per se regem et omnes gentes sunt ydolatre. Est autem
ibi habundancia omnium specierum. Sunt eciam ibi multe species
que numquam in nostra patria vise sunt. Hec autem insula
est sita tantum ad meridiem quod articus sive transmontana
numquam ibi apparet. Ego autem marcus Polo fui et mo-
ratus sum diu in ista insula et circuivi sex regna de
viii regnis eius et ideo bene scio eorum condiciones. Primum
vero regnum huius insule vocatur ferlech quod mercatores

Jonamayn insula